

de Bendeleben^{aa}). Comes Heinricus de Schwartzburg^{bb}). Comes Albertus de Clettenbergk^{cc}). Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. LXXXVIII.

31.

Markgraf Dietrich bezeugt, daß in dem Streite zwischen dem Kloster Altenzelle und Burggrafen
5 Gerhard von Groitsch über Oellschütz, welches das Kloster unter des Markgrafen Vater, dann
dessen Brüdern Markgraf Albrecht, später unter Kaiser Heinrich und endlich unter ihm dem
Markgrafen, in ruhigem Besitze gehabt, dem Kloster von ihm diese Güter zugesprochen worden sind.

Landding Colmütz, 1198 Nov. 13.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 122. Das an weißleinenen und rothseidenen Fäden hängende S.
10 des Markgrafen, ziemlich gut erhalten, = Tafel III, 2.

Ann.: Altzeller Hund. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21. Da die Urkunde mit dem Siegel Dietrichs, welches
er als Markgraf von Meissen und der Niederlausitz erst von 1212 ab führte, gesiegelt ist, so kann das Rechtsgeschäft
auf Grund der Landdingsoverhandlung von 1198 Nov. 13 erst nach dieser Zeit beurkundet worden sein. Also nach-
trägliche Beurkundung auf Grund der Handlung. Vergl. Posse a. O. 150 Ann. 3.

15 In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis
marchio: Q[ui]oniam auxiliante divina^a) misericordia Cella sancte Marie a patre | nostro
marchione Ottone fundata est et hereditaria successione ad nos devoluta, eam, que nostre
tuicioni post deum in terra derelicta est, opere precium duximus a quibuslibet ingruentibus
iniuriis pro viribus secundum iusticie | censuram defensare. Inde est, quod tam modernis
20 quam posteris notum facimus, quod Gerhardus prefectus de Greuz quedam ecclesie
prefate bona Ulsnic scilicet cum appendiciis suis quasi sua infestis impetere | querimoniis
attemptavit, que pater meus, antequam in elemosinam erogaret, ab omni libera impeditore
multo tempore possedit et post ecclesia sub eo, postea sub fratre meo marchione Alberto,
deinde sub imperatore Heinricho, demum sub nobis inconvulsa permaneant^b), tenuit pos-
25 sessione. Verum cum post aliquantas querimoniae disceptaciones in provinciali placito
Colmiz coram nobis ventilata fuisset, dictante sententia eo, quod ecclesie advocatus essem,
adiudicatus sum pro ea utpote mundiburdus debere controversie respondere. Tandem
de sententia in sententiam eo usque processum est, donec diffinitum est, quod sola manu
ecclesie bona sacramento obtinere deberem. Quod ergo sufficere volens^c) tertia manu seu
30 VII vel eciam XX facere presto fui et fecissem, nisi quod hoc adversarius recipere
rennuebat. Tunc demum per sententiam ab hac querimonia libera pronunciata est
ecclesia et ego bonis prefatis sub interminatione banni iudicialis pacem confirmavi.
Testes sunt: Erkenbertus prefectus de Debin. Heinricus de Warin. Hermannus de
Saleg. Heinricus Kyteliz. Albertus de Vroburg. Sifridus de Milbuz. Reinhardus de
35 Regensburch. Rödolfus de Muchowe. Martinus de Boewen. Boris de Zbor. Rewinus de
Repin. Rödegerus Bore. Gerbrandus de Mügelin. Godescalcus de Polencz. Tammo de
Noscin. Heinricus de Koldiz. Bernhardus de Trebecin et frater eius Arnoldus. Rödolfus

30. aa) Pendelloben B. bb) Schwartzburgk B. cc) Klettenbergk B.

31. a) Schwer lesbar. Die Stelle hat durch Feuchtigkeit gelitten. b) permaneant Or. c) nolens Or.